B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

PROCOPIVS CAESARIENSIS

OPERA OMNIA

RECOGNOVIT

JAKOB HAURY

VOL. III
HISTORIA QVAE DICITVR ARCANA

EDITIO STEREOTYPA CORRECTIOR
ADDENDA ET CORRIGENDA
ADIECIT

GERHARD WIRTH

MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K. G. SAUR MMI

ADMONEBVNTVR, QVI HVNC LIBRVM LEGENT,

VT ADDENDA ET CORRIGENDA CONSVLANT,

LATERCVLO □ IN MARGINE APPICTO

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Procopius <Caesariensis>:
[Opera omnia] Procopius Caesariensis, Opera omnia /
recogn. Jakob Haury. -
Ed. stereotypa / addenda et corrigenda adiecit Gerhard Wirth. -
Monachii ; Lipsiae : Saur
(Bibliotheca Teubneriana)

Vol. 3. Historia quae dicitur arcana. - 2001
ISBN 3-598-71736-9

© 2001 by K. G. Saur Verlag GmbH, München und Leipzig
Printed in Germany
Alle Rechte vorbehalten. All rights Strictly Reserved.
Jede Art der Vervielfältigung ohne Erlaubnis des Verlags ist unzulässig.
Gesamtherstellung: Strauss Offsetdruck GmbH, Mörlenbach

CAROLO KRUMBACHER

S.

PROLEGOMENA.

Praeter eos libros, quos enumeravi in vol. I, p. V—VII, in hoc volumine citantur:

Felix Dahn, Prokopius von Cäsarea, Berlin 1865.

Georg. Cod. = Georgii Codini de aed. CP. ex recog. J. Bekkeri, Bonn. 1843.

Hammer, Konstantinopel und der Bosporus. Pest 1822.

Hy 4 = Haury, Zur Beurteilung des Geschichtschreibers Procopius von Caesarea. München 1896/7.

Ioannes de Niciu = Ioannis de Niciu Chronicon ex Aethiopico sermone in Francogallicum versum ab H. Zotenberg in Notices et extraits tom. 24, Paris 1883.

Ioannes Eph. = Die Kirchengeschichte des Johannes von Ephesus, aus dem Syrischen übers. von Schönfelder. München 1862.

Theod. Lect. = Theodori Lectoris fragmenta in Cramer. Anecd. Paris., Oxon. 1839—41.

De codicibus.

Codicum, qui continent Procopii historiam arcanam, sunt duae familiae ex codicibus deperditis *y* et *z* derivatae. Cum multa menda communia habeant, sequitur omnes fluxisse ex uno archetypo *x*, cuius lectiones, cum ipse quoque deperierit, ex consensu codicum *GPS* cognoscimus. Horum trium codicum *P* = cod. Paris. suppl. graec. 1185 et *G* = cod. Vaticanus graec. 1001 sunt familiae *y*, *S* = cod. Ambrosianus *G* 14 sup. est stirpis *z*. Utrum familia *y* an *z* melioris notae sit, effici potest ex his locis:

41, 12 ἴσχυεν *G P*] ἴσχυσεν *S*
21—22 καθεσταμένων *G P*] καθισταμένων *S*
22 νεοχμοῦν *P*, Suid.] νεοχειλοῦν *G S*
42, 7 ξυνέβη *G P*] om. *S*
10 παντελῶς *G P*] παντελοῦς *S*
43, 1 τῶν *G P*] τὸν *S*
13 δύο *G P*] om. *S*
19 τοῦ *P S*] om. *G*
44, 1 στασιῶται *G S*] στρατιῶται *P*
8 ἀρχὴ ἐκινήθη *G P*] ἐκινήθη ἀρχή *S*
11 ἐφ' *S*] ὑφ' *G P*
21 οὐδενὶ *S* et Suid.] ἐν οὐδενὶ *G P*
45, 3—4 ἅπαντες εἶναι *P S*] εἶναι ἅπαντες *G*
8 μάλιστα *S*] μάλιστα δὲ *G P*
10 ἡ χεὶρ αὐτοῖς *G P*] αὐτοῖς ἡ χεὶρ *S* et Suid.
12 αὐτοῖς *S* et Suid.] αὖ τοῖς *G P*
46, 5 δίστομα *G P*] διστόμωτα *S*
12 ἅπαντες *G P*] ἅπασι *S*
13 ἐπεὶ *P S*] ἐπεὶ δὲ *G*
24 ἀποκόπτεσθαι *G P*] ἀποτέμνεσθαι *S*
47, 10 οὐδὲν *P S*] οὐδὲ *G*
15 ἔκτεινον *P S*] διέφθειρον *G*
19 ἔτι οὐδ' *S*] ἤδη ἢ *G*, ἔτι ἢ *P*
26 ἐπίδειξιν *G P*] ἀπόδειξιν *S*
48, 6 κἂν *S*] κἂν *G*, καὶ *P*
11 μέντοι *G P*] τε *S*
17—18 ἑκάστην τε *G P*] ἑκάστην μὲν *S*
21 γνώσεις *S*] γνώμας *G P*
24 φίλα *G P*] φίλια *S*
49, 1 γὰρ *P S*] om. *G*
2 ἐπέκειτο *S*] ἐκέκριτο *G P*
14 τοῦτο *S*] τούτῳ *G P*
23 τι *P S*] τοι *G*
50, 2 ἐν βυζαντίῳ τετολμημένα *G P*] τετολμημένα ἐν βυζαντίῳ *S*
4 παρὰ *P S*] περὶ *G*
4 κακούργων *P S*] κακουργούντων *G*

16 γὰρ *PS*] om. *G*
22 πανταχῆ *PS*] πανταχοῦ *G*
51, 1—2 γινομένω *GP*] γινομένων *S*
12 ῥωμαίων *S*] ῥωμαίου *GP*
17 ἥει *S*] ἴει *GP*
18 καθάπερ *GP*] καθάπαξ *S*
52, 10 καταδικάσασθαι *GP*] καταδιαιτήσασθαι *S*
12 ἀνθρώπου *GP*] ἀνδρὸς *S*
17—18 οὐεσπεσιανοῦ *GP*] οὐεσπιανοῦ *S*
18 ἐκ τοῦ *GP*] om. *S*
20 κρεουργήσαντες *PS*] κρεουργώσαντες *G*
24 τῶν *GP*] om. *S*
53, 3—4 τοιᾶσδε· ἣν τῶ *P*] τοιᾶσδε ἣν· τῶ *G*, τοιᾶσδε· τῶ *S*
20 καπιτώλιον *P*] καπετώλιον *GS*
54, 6 ἀποκείμενος *PS*] ὑποκείμενος *G*
12 μέντοι *GP*] τοίνυν *S*
21—22 ὀμωμοσμένων *PS*] ὡμοσμένων *G*
55, 3 ξυμβουλῆ *PS*] ξυμβολῆ *G*
56, 3 προΐεσθαι *GS*] προσίεσθαι *P*
6 ταῦτα *GP*] ταυτῶ *S*
7 ἐξοικίσας *GP*] ἐξοικιάσας *S*
12 ξυναφθεῖσα *GP*] ξαφθεῖσα *S*
165, 17 δημοσίου *S*] δήμου *GP*
19 ἐς *GS*] γε *P*
23 οὐ δικαίως *GP*] οὐ δικαίως οὐ δὲ καίως *S*
25 βασιλεὺς *PS*] βασιλεῖ *G*
166, 4 οὖν *S*] om. *GP*
5 ὥστε *S*] ὡς *GP*
7 εἰπεῖν ἀποχρήσει *PS*] ἀποχρήσει εἰπεῖν *G*
13 προὔργου *PS*] προὔγου *G*
14 σκήψεως *GP*] ἐκ σκήψεως *S*
16 κειμένων χρημάτων *GP*] χρημάτων κειμένων *S*
17 αὐτὸς *GP*] om. *S*
21 πρὸς *GP*] πρὸ *S*
167, 2 καλχηδόνι *GS*] χαλκηδόνι *P*
6 μεγάλα τε *PS*] μεγάλα *G*

18 ἀπεῖπον *PS*] ἀπειπὼν *G*
20 τῶν *PS*] om. *G*
168, 2 δογμάτων *GS*] πραγμάτων *P*
6 ἐγένοντο *GP*] ἐγένετο *S*
12—13 ἐς βασι⟨λέα ἦλθεν⟩ Alem.] ἐς βασι *GP*, ἐς *S*
21 πελάγιος ἦν *GS*] ἦν πελάγιος *P*
21 τοῦ βιγιλίου *GP*] om. *S*
169, 4 τὸ *PS*] τὸν *G*
4 καίπερ *GP*] καίτοι *S*
6 ἅσπερ *GP*] ὥσπερ *S*
16—17 ὕστερον *PS*] om. *G*
19 αὐτὴν οὐδενὶ νόμω *GP*] οὐδενὶ αὐτὴν τρόπω *S*
170, 1 πάσῃ *PS*] τῇ πάσῃ *G*
2 τὸ *P*] τῷ *GS*
11 τε *PS*] om. *G*
17 ποιεῖσθαι *PS*] ποιεῖν *G*
19 ἐκ *S*] om. *PG*.

His nonaginta locis vicies sexies sine dubio praeferendus est consensus codicum *GP*, quater decies in medio relinquendum est, utrum consensui codicum *GP* an codici *S* palma danda sit, quater decies sequi debui codicem *S*, vicies quinquies consensum codicum *PS*, septies consensum codicum *GS*, ter codicem *P*, semel codicem *G*. Inde apparet bonae notae esse codicem *G*, melioris codicem *S*, optimae codicem *P*.

Codicem *P* non noverat M. Krašeninnikov, qui historiam arcanam edidit Iurievi a. 1899. Hic doctus optimum esse opinatur codicem Vaticanum graec. 16; p. XLIV enim: „Codicis Vat. gr. 16“, inquit, „librarium summa in universum excellere diligentia iam supra monuimus. Quorum dictorum tantum abest ut nos nunc poeniteat, ut vel principem huic codici locum inter ceteros omnes attribuere non dubitemus“. Krašeninnikovum tamen fugit codicem Vaticanum gr. 16, quem littera *g* signavi, a duobus librariis exaratum esse, quorum unus scripsit 8, 16—33, 20 ἔργου τούτου—προσουδίζει = *g* 1, alter 37, 18—186, 27 ταῦτά τε—εἴσονται = *g* 2. Contextus codicis *g* 1 saepe

cum codice *S* ita consentit, ut lectiones codicis *G* in margine adnotatas aut superscriptas habeat velut his locis: 11, 21 ἧκεν *G*, *g* 1 in marg., ἦλθεν *S*, *g* 1 in contextu. 12, 4 ἐνέγραψεν *G*, *g* 1 in marg., ἐσέγραψεν *S*, *g* 1 in contextu. 12, 12 ἔκαμε *G*, *g* 1 in marg., ἔκλαε *S*, *g* 1 in contextu. 17, 13 δηλώσαιμι *G*, δηλώσω *S*, δηλώσω superscr. δηλώσαιμι *g* 1. 19, 9 ἐπὶ *G*, ἀμφὶ *S*, ἀμφὶ supercr. ἐπὶ *g* 1. 21, 7 τιμῆς *G*, *g* 1 in marg., βουλῆς *S*, *g* 1 in contextu. Cum lectiones codicis *G* in codice *g* 1 a prima manu adnotatae sint, vix dubites, quin cod. *g* 1 e codice *S* aut eius apographo et e cod. *G* confectus sit. Librarium tamen codicis *g* 1 codicem *S* ita exscripsisse, ut, ubicumque hunc mendosum esse pro certo haberet, codicem *G* sequeretur neque adnotaret menda manifesta exemplaris sui his locis demonstrari potest:

11, 24 οἷαν τε *G* et *g* 1, οἷά τε *S*
12, 4 καὶ *G* et *g* 1, om. *S*
12, 14 βασιλέα *G* et *g* 1, βασιλέως *S*
13, 4 παρὰ *G* et *g* 1, ἐς *S*
15, 6 ὅσοι *G* et *g* 1, ὅσα *S* pr. m.
16, 3 δὲ *G* et *g* 1, om. *S*
16, 17 γῆς τῆς *G* et *g* 1, τῆς *S*
20, 15—16 ἄνδρα τοῦτον *G* et *g* 1, ἀνδρέα *S*
21, 11 δὴ *G* et *g* 1, μὴ *S*.

Quod autem Krašeninnikov in *g* haud paucis locis „veras scripturas“ servari dicit, eas coniectura librarii ortas, non ex alio codice sumptas esse mihi quidem persuasum est. Velut librarius 13, 12 cum exemplaribus suis in contextu scripsit ἀπαγγέλλεσθαι, in margine tamen adnotavit emendationem ἀπήγγελλε. 17, 6 correxit ἀσσυρίας pro ἀσυρίας, 23, 13 ἐνεχώρουν pro ἀνεχώρουν, 24, 2 περιβαλόμενος pro περιβαλλόμενος, 28, 12 πολλὰ pro τὰ πολλὰ (frustra), 30, 10 ποιήσεσθαι pro ποιήσασθαι, 32, 19 μέχρι pro μέχρις, 33, 10 ἀπολεῖν pro ἀπόλλειν, ita tamen, ut ἀπόλλειν in marg. adscriberet. Singula quoque verba ex suo addidit librarius velut 12, 13 δὲ, 24, 13 καὶ, 30, 3

γὰρ, 31, 19 ἦν. 22, 2 correxit ἄπειρος pro ἔμπειρος, lectionem exemplorum suorum in margine adnotavit.

Codex *g* 2 totus fluxit ex uno codice *G*; librarius tamen eius nonnulla menda de suo sustulit velut 173, 7 ἐν ἐμέσῃ correxit pro ἐν μέσε, postquam iam antea saepe in exemplari suo recte legit ἐμεσηνῶν, 70, 25 βαρβάρων emendavit pro βάρων, in margine tamen hic accurate adnotavit lectionem exemplaris sui, 83, 10 post ταύτην addidit δὴ, 103, 22 scripsit ἀπαγόρευσις in contextu, in margine tamen ἀπαγαρόρευσις, lectionem exemplaris, 104, 6 coniecit in margine εἶχε pro ἔχουσα. 131, 7 ἐπέβαλεν in *G* ita scriptum est, ut facile legi possit ὑπέβαλεν, quod invenimus in *g* 2. Quid? quod quae librarius codicis *G* per compendia scripsit, librarius cod. *g* 2 solvit neque recte ea quidem semper. Sic librarius cod. *G* scripsit οὐδ$^{\mu}$α 63, 17. 71, 25—26. 111, 12. 122, 6. 128, 6. 141, 4; librarius codicis *g* 2 exaravit οὐδαμοῦ 63, 17. 111, 12, οὐδ$^{\mu}$α 71, 25—26. 122, 6. 128, 6, nusquam οὐδαμῆ, quod exhibent ceteri codices. In codice *G* saepe (46, 4. 82, 6. 93, 9) invenitur $\overset{\epsilon}{\pi}$ = παρά. Omnibus his locis librarius codicis *g* 2 falso legit περί (= $\overset{\epsilon}{\pi}$), quod idem peccavit Krašeninnikov. Hic ad 120, 21 recte adnotat: „οἱ δ] οἱ δ *V* (id est Vat. 1001) pr. (correctum ita, ut $\overset{\nu}{o}$ῖο esse videatur, est tamen οἱ δ), οἷον (ν ex ι ut vid.) *W* (id est Vat. 16 = *g* 2)“. Krašeninnikov, quamquam intellexit, οἷον, lectionem codicis *g* 2 ortam esse ex parum accurata correctione librarii codicis *G*, tamen ne hoc quidem loco vidit *g* 2 fluxisse ex *G*.

Ex eodem codice *G* manavit cod. *A* 182 sup., quem iam in primo volumine signavi littera *a*. Krašeninnikovo p. XXVII exponenti codicem *G* non exscriptum esse e codice *a* omnes profecto assentiuntur, nemini tamen persuadebit codicem *a* esse sui iuris. Quae de hac re p. XXVIII disceptat, neque demonstrari neque refelli possunt, quam-

obrem plura de eis dicere supersedeo; disseram tamen de eis locis, quibus p. XXIX sententiam suam probare conatur; sunt autem hi: 28, 20—21 *παρὰ τῆς γυναικὸς τοὺς πόδας S*] *παρὰ τοὺς γυναικὸς τοὺς πόδας G*, *παρὰ τοὺς τῆς γυναικὸς πόδας a*. (Cum integer contextus asservetur in *S*, in *G* per errorem scriptum est *τοὺς* pro *τῆς*. Lectio codicis *a* sine dubio non errore, sed eo consilio orta est, ut contextus corruptus codicis *G* corrigeretur.)

13, 7 *ἐρεσχελεῖν S a*] *ἐρεσχεῖν G*

19, 21 *γῆν τὴν ῥωμαίων a g*, Dindorf] *γῆν τῶν ῥωμαίων G S*

30, 3 *εἴα* Alem.] *εἴη G S g a*

37, 24 *ἥει a g*] *εἴη G*

Ne uno quidem ex his locis demonstrari potest codicem a non exscriptum esse e codice *G*, cum omnes facile corrigerentur a librario docto, quem „a coniectandi studio minime alienum fuisse“ Krašeninnikov ipse vidit p. XLIII. Unum locum 30, 3 falso attulit Krašeninnikov, cum hic non *εἴα*, sed *εἴη* inveniatur in codice *a*. Correctionem librarii his quoque locis probare possumus:

18, 18 *περιδεεῖς ἀμφί τε παισὶ καὶ γυναιξὶ καὶ τῇ πατρίδι γεγενημένοι, εἴ τι καθαρὸν ἦν ἐν τῷ Μήδων στρατῷ*, ubi codex *a* solus praebet *εἴ τι*, *G S ἔτι*. Librarius codicis *a*, cum iam octo libros de bellis, in quibus Procopius saepe dictione *εἴ τι καθαρὸν ἦν* usus est, perscripsisset, priusquam exararet historiam arcanam, id quod demonstravi in Hy 3, p. 149, facillime potuit corrigere hunc locum.

31, 19 *τουτίλας G S*, *τωτίλας a* et 32, 12 *τουτίλλα G*, *τουτίλα S*, *τωτίλα a*. Consensu codicum *G S* probatur archetypum his locis exhibuisse *τουτίλας* et *τουτίλα*, quas lectiones genuinas esse Krašeninnikov ipse intellexit; hinc apparet codicis *a* librarium, qui, cum de bellis libros V—VIII scriberet, in exemplari suo (cod. Laurentiano 69, 8) sescenties lectionem *τωτίλας* invenerat, hic contextum corrigere studuisse, re vera corrupisse.

32, 13 *ἰωάννη τῶ βιταλιανοῦ ἀδελφιδῶ a* corr.] *ἰωάννη τῶ βιταλιανῶ ἀδελφιδῶ G S*, *a* pr. m. Lectionem arche-

typi *x* fuisse *βιταλιανῶ* cognoscimus ex consensu codicum *G S*; sic igitur librarius quoque codicis *a* primo scripsit; sed cum nomen Ioannis, Vitaliani nepotis, in libris de bellis plus quam quinquagies legisset et perscripsisset, correxit *βιταλιανοῦ*.

72, 4—5 *σκλαβηνῶν S a*] *ἀσκλαβηνῶν P G*. Ex consensu codicum *P G* elucet *y*, archetypum codicum *P G a*, praebuisse *ἀσκλαβηνῶν* et hic quoque librarium codicis *a* lectionem exemplaris sui correxisse.

75, 19—20 *τῶ λόγω τὰ παρόντα P S*] *τῶ * τὸν παρόντα G*, *τῶ καιρὸν τὸν παρόντα a*. Cum librarius codicis *a* scriberet *τῶ* et adderet *καιρὸν*, licet concludere eum contextum corruptum codicis *G* emendare volentem interpolasse.

115, 22 *ἐκ ῥωμαίων τῆς γῆς* Alemannus] *ἐς ῥωμαίων τῆς γῆς P G S*, *a* pr. m. in textu, *ἐς ῥωμαίων τὴν γῆν a* pr. m. corr. Hic inepte mutavit librarius codicis *a* contextum exemplaris sui.

119, 1—2 *οὐ πρότερον ἀπέστη ἕως S a*] *οὐ πρότερον ἀπέστη ὡς P G*. Lectio codicis *y*, archetypi codicum *P G*, fuit *ὡς*; cum *y* non solum codicum *P G*, sed etiam codicis *a* archetypus fuerit, sequitur librarium codicis *a* contextum correxisse.

Cum igitur hi loci omnes facillime potuerint acumine corrigi, non est, quod existimemus librarium codicis *a* praeter codicem *P S* usum esse ullo altero codice non orto ab archetypo *x* neque habemus, quod lectionibus codicis *a* apparatum criticum augeamus.

Quoniam haec dixi de codicibus antiquissimis, nunc primum stemmate codicum illustrabo, quae ratio inter codices intercedat, tunc singulos describam. Litteris maiusculis eos codices signabo quibus usus contextum historiae arcanae constitui, minusculis eos, qui deperditi aut nullius pretii sunt.

Stemma codicum.



x, *y*, *y* 1, *z* sunt codices deperditi.
G = cod. Vaticanus graec. 1001.
P = cod. Parisinus suppl. graec. 1185.
S = cod. Ambrosianus *G* 14 sup.
a = cod. Ambrosianus *A* 182 sup., qui solus continet integrum initium historiae arcanae.
c = cod. Ambrosianus *C* 118 sup.
d = cod. Ambrosianus *C* 121 sup.
e = cod. Ambrosianus *C* 171 inf.
f = cod. Ambrosianus *P* 74 sup.
g 1 et *g* 2 = cod. Vaticanus 16.
m = cod. Florentinus Magliabecchianus graec. XXIII 6. 88.
p = cod. Parisinus Coislinianus 132.

Codices, quos non inspexi, sunt hi:
α = cod. Oxoniensis Bodleianus Canonicianus 41.
β = cod. Parisinus graec. 3023.
γ = cod. Londiniensis, olim Sloanensis, 1144, plut. LXXXIII.
δ = cod. Oxoniensis Bodleianus miscell. 187.

G = cod. Vaticanus graec. 1001. Hunc codicem descripsi in vol. I p. XXIX s., ubi non satis accurate dixi deesse initium historiae arcanae usque ad 7, 15 λόγοις, cum ex apparatu critico videas prooemii exstare non-

nulla fragmenta. Contulit hunc codicem praeter me M. Krašeninnikov.

P = cod. Parisinus suppl. gr. 1185. Est chartaceus saec. XIV., foliorum modulus 215×150 mm., columnarum 145—152×92—98 mm. Constat 64 foliis, 9 quaternionibus, quorum ultimus 7 foliorum, primus unius folii est. Quaterniones litteris signati sunt. In secundo folio invenitur littera *γ*, unde sequitur perisse primum quaternionem et septem folia secundi quaternionis. Folia recentiore manu numerata sunt. Ante contextum et post contextum terna folia vacua bibliopegus alligavit. In singulis paginis 26—28 versus numerantur. Continetur hoc codice Procopii historia arcana fol. 1—62ᵛ, deest tamen initium usque ad 38, 2 *ἐχώρησεν*. Praeterea addita sunt varia velut *εἴδη παλαιῶν νομισμάτων*, *Περὶ διαφόρων τῶν ὀνομάτων τοῦ σκώληκος*, *διαφοραὶ τῶν τοῦ ὅρους μερῶν κτλ.* Procopiana ab una manu, cetera a compluribus manibus exarata sunt. Belle scriptus est codex, jota, quod dicitur mutum, accurate, tamen saepe iuxta litteram vocalem sub linea positum est. Paucae notae in margine adscripta, nulla ornamenta depicta sunt. Hunc codicem, quem contuli anno 1898, optimae notae esse demonstravi p. VIII.

S = cod. Ambrosianus *G* 14 sup. (olim *T* 73 I). Est bombycinus saec. XIV., foliorum modulus 168×124 mm., columnarum 123—140×90—100 mm. Constat foliis 197, fasciculis 22 octonorum, duobus (fol. 145—154, 187—196) denorum foliorum. Unum folium formae binariae aliquoties complicatum inter fol. 158 et 159 insertum est. Singula folia infra contextum numeris Arabicis, praeterea in superiore margine paginae litteris graecis a fol. 41 usque ad fol. 73, ubi invenitur numerus *ξγ′*, insignitae sunt. Numeratio quaternionum comparet usque ad eum, qui signatus est littera *ι′*. Tria folia ante contextum, unum post contextum bibliopegus addidit. In singulis paginis 25—35 versus numerantur. Continentur hoc codice praeter alia: *Τῶν Προκοπίου ἀνεκδότων τινά.* Incipiunt: *πεισθῆναι δόξας* 9, 6, desinunt: *τἀληθὲς εἴσον-*

ται 186, 27; explent fol. 125—158ᵛ. *Προκοπίου Περσικὰ καὶ οὐανδαλικὰ, ἀλλὰ συγκεχυμένα.* Incipiunt: *Προκόπιος Καισαρεὺς τοὺς* . ., desinunt: *μηδέν τι μελλήσας ἀπόκτεινοι* I 4, 1—547, 17. fol. 158ᵛ—187ᵛ. In folio Πᵛ invenitur index et nomen possessoris: J. V. Pinelli; in folio III notata sunt supplementa ad fol. 131, quod quibusdam locis ita perforatum est, ut nonnulla verba desiderentur. Ab una manu totus codex atramento exaratus est; neque litteras rubricatas neque ornamenta depinxit librarius, iota, quod dicitur subscriptum, non constanter posuit, multis compendiis usus est. Notae paucae margini adscriptae sunt. Mentio facta est huius codicis in epistula ab J. V. Pinello ad F. Orsinum data, quam in publicum edidit Nolhac Pierre de, La bibliothèque de Fulvio Orsini. Paris 1887, p. 426. Sine dubio Pinellianus codex *S* is est, quem naufragium fecisse Alemannus in praefatione ad historiam arcanam falso putabat. Nam cum dicat doctus ille vir praeter duos codices *ἀνεκδότων* Procopii Vaticanos unicum Pinellianum Italiam habuisse, sequitur praeter hunc codicem Pinellum alterum non possedisse. Contulit codicem praeter me M. Krašeninnikov.

a = cod. Ambrosianus A 182 sup. Descripsi in vol. I p. XLVI hunc codicem; cuius ea pars, quae continet historiam arcanam, a me collatus est a. 1893, a Krašenninikovo a. 1898; eam fluxisse e codice *G* eo tempore quo nondum pars prooemii interciderat, exposui p. X ss. Krašeninnikov p. IX „monet" codicem *a* „vix diversum esse ab illo, cuius mentionem hisce verbis fecit Alemannus (praef. p. 14)": „saepe inter interpretandum ... expetivimus Ioannis Lascaris [codicem] ... Constantinopoli ad Laurentium Medicem adlatum, quem deinde (ut fama est) Catharina Medices Regina in Gallias asportavit, et Galli hodie in exteris Bibliothecis requirunt". Cur Krašeninnikov opinetur hunc codicem a Ioanne Lascari Constantinopoli ad Laurentium Medicem adlatum esse, nescio, hoc tamen probe scio Ioannem Lascarem codicibus, quos Constantinopoli in Italiam tulit, nomen suum inscripsisse (cf. P. de Nolhac, Inventaire des manuscrits grecs de Iean Lascaris, in: Mélanges d'archéologie et d'histoire. VIᵉ année, 1886 p. 253 ss), quod frustra requiras in codice *a*, quamquam huius codicis

involucrum veterrimum est; cum praeterea in folio I codicis *a* adnotatum sit: „codex ex Thessalia", Constantinopolis autem non in Thessaliae urbibus numeretur, mihi quidem persuasum est codicem *a* diversum esse ab illo, quem Alemannus expetivit.

c = cod. Ambrosianus C 118 sup. Est chartaceus saec. XVI., foliorum modulus 372×259 mm., columnarum 211×116 mm., constat 60 foliis litterariis, tribus vacuis ante contextum, uno vacuo post contextum alligatis, 6 fasciculis, quorum secundus undecim, sextus novem, ceteri denorum foliorum sunt; quaterniones numeris Arabicis insigniti sunt; in singulis paginis triginta versus numerantur. Continetur hoc codice historiae arcanae eadem pars quae codice *S*.

d = cod. Ambrosianus C 121 sup. Est chartaceus saec. XVI., foliorum modulus 372×259 mm., columnarum 211×116 mm. Constat 57 foliis litterariis, 5 fasciculis denorum, uno septem foliorum, uno folio vacuo ante contextum alligato, Fasciculi numeris Arabicis signati sunt.

e = cod. Ambrosianus C 171 inf. Est chartaceus saec. XVI. Folia 1—6 sunt altitudinis 349, latitudinis 239 mm., columnae horum foliorum sunt altitudinis 211 mm., latitudinis 116 mm., folia 7—173 sunt altitudinis 366 mm., latitudinis 250 mm., columnae horum foliorum sunt altitudinis 212 mm., latitudinis 112 mm. Constat foliis 174, quorum vacua 118 et 174, praeterea ante contextum a bibliopego duo folia vacua addita sunt. Neque folia neque quaterniones numerati sunt. Singulae paginae habent 30 versus. Continentur hoc codice: *βιβλίον τακτικὸν ... ὅπερ ξυνέγραψε κωνσταντῖνος βασιλεὺς, ὁ τοῦ ῥωμανοῦ υἱὸς, περὶ ἑτοιμασίας ὅπλων* fol. 1—6, deinde Procopii historiae arcanae ter exarata eadem, quae inveniuntur in codice *S*.

Codices *c* et *d* et Procopiana codicis *e* ab una manu exarata sunt. Utrum omnes ex ipso codice *S* an ex apographo huius codicis transscripti sint, id non pervestigavimus.

f = cod. Ambrosianus P 74 sup. Est chartaceus saec. XVI., foliorum modulus 228×168 mm., columnarum 147×83 mm. Constat foliis 111 litterariis, quaternionibus 13, uno fasciculo 7 foliorum. Praeterea ante contextum tria, post contextum duo folia vacua. In singulis paginis numerantur 29 versus. Hic codex eadem Procopiana quae codex Ambros. *G* 14 sup continet. Ab una manu exaratus est. Nulla ornamenta, nullae litterae rubricatae in eo depictae sunt.

g = cod. Vaticanus 16. Est chartaceus miscellaneus saec. XV., foliorum modulus 221×141 mm., columnarum 180—189×111 mm. Constat 404 foliis litterariis, praeterea tria folia in initio exhibent indicem. Folia eius partis, qua continetur historia arcana, erant signata numeris 137—179ᵛ;

his numeris tamen deletis nunc notata sunt numeris 1—43. In foliis 7, 15, 23, 31, 39 exstant litterae Graecae, quibus numerantur quaterniones. In singulis paginis sunt 30 versus. Continetur hoc codice praeter alia Procopii historia arcana. Desunt tamen initium usque ad 8, 15 *ἔτι τοῦ* et 33, 20—37, 20 *χαμαὶ—ἔκτεινε*. Procopiana exaraverunt duo librarii, quorum alterum transscripsisse fol. 1—6 = 8, 15—33, 20 *ἔργου—προσουδίζει* = *g* 1 ex codicibus *G* et *S*, alterum cetera = *g* 2 ex codice *G* demonstravi p. IX s.

m = cod. Florentinus Magliabecchianus gr. XXIII 6. 88. Est chartaceus saec. XVIII. Continentur hoc codice inter Italiana et Latina: Capitis noni *Ἀνεκδότων* sive Historiae arcanae Procopii loci duo e codice *ms.* Vaticano suppleti et Latine redditi 57, 19—58, 2 *τέως μὲν—εἶχεν*. 58, 18—60, 22 *ἀποδυσαμένη—τὰς μίξεις ποιοῦντες*. cf. Vitelli, studî italiani di filologia classica vol. II, a. 1894, p. 554. Hi duo loci deerant in editionibus Nicolai Alemanni et Claudii Maltreti, primum eos typis impressos esse in Menagianis, Paris. 1715. I p. 347 dicit F. Dahn p. 464.

p = cod. Parisinus Coislinianus 132. Est chartaceus saec. XVI., foliorum modulus 332×231 mm., columnarum 243×142 mm. Constat 106 foliis, 12 quaternionibus, uno fasciculo (octavo) quattuor, uno (quarto decimo) sex foliorum, vacuae tamen sunt paginae 118—120. 211. 212. Praeterea ante contextum unum, post contextum tria folia vacua addidit bibliopegus. Singulae paginae habent 30 versus. Continentur hoc codice:

Procopii de aedificiis libri VI p. 1—115. Desunt 342, 23 (ed. Bonn.) *πάντα* usque ad finem. Quae p. 94 desunt: 313, 20—318, 1 (ed. Bonn.) *παντάπασι—ἐδείματο καὶ*, supplevit librarius p. 113—115.

Fragmentum Ioannis Epiphaniensis p. 115—117. Quae Procopiana esse per errorem dicit Krašeninnikov p. XVI s.

Procopii historia arcana quae dicitur fol. 121—210. Desunt: 4, 1—7, 14-15 *Ὅσα—ἔμπροσθεν*. 181, 1 *λόγον* usque ad finem.

P. 210 notata sunt haec: *λεῖ ἐνταῦθα ἐν τῷ παλαιῷ φύλλα ὀκτὼ παρά τινος μισαληθοῦς ἐκκεκομμένα, ἀξίου εἰς τεμάχη κατακοπῆναι αὐτοῦ τοῦ ἐναγοῦς ἀνου.*, p. 213 inveniuntur: *ουκ ἀνῶν βουλαῖς ἀλλὰ τῇ ἐκ | θεοῦ ῥοπῇ πρυτανεύεται τὰ ἄνεια | ὃ δὴ τύχην εἰώθασι καλεῖν ἄνοι* (cf. 31, 7). Totum codicem exaravit Chr. Auer, librarius Georgii Armaniaci, qui ab anno 1539 Romae Francogallorum regis legatus erat. Libros sex de aedificiis ex codice Vaticano 1065, anecdota ex codice Vaticano 1001 transscripta esse demonstravi in Hy 3 p. 173 s. Hic addo fragmentum Ioannis Epiphaniensis ipsum quoque ex codice Vaticano 1065 fluxisse.

Codices, quos non inspexi, continent historiae arcanae fragmenta neque videntur ullius pretii esse opera Procopii recensenti; sunt autem hi:

α = cod. Oxoniensis Bodleianus Canonicianus 41. Continet Theodorae Augustae Iustiniani imperatoris uxoris epistulam ad Belisarium manu recentiore exaratam, quae incipit ἃ μὲν εἰργάσω ἡμᾶς κτλ., fol. 137ᵛ = pag. 28, 11. Describit hunc codicem Henricus O. Coxe in catalogi codicum manuscriptorum bibliothecae Bodleianae parte tertia codices graecos et latinos Canonicianos complectente. Oxonii 1854, col. 43 ss.

β = cod. Parisinus graec. 3023. Est chartaceus XV—XVI saec. Continet inter alia folio 24 eandem Theodorae Augustae epistulam quam cod. α. cf. Omont, Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la biblioth. nationale, Paris 1888, troisième partie, p. 94.

γ = cod. Londiniensis (Musei Britannici), olim Sloanensis, plut. 83. De quo scribit Samuel Ayscough, A catalogue of the Mss. preserved in the Brit. Museum ... (London 1782, 2 vol.) p. 348: „Procopius, Fragmentum ἐν ἀνεκδότοις ex codice mss. Bibl. Vat., omissum in ed. Lugdunensi 1620". Hinc apparet codice γ eadem contineri quae cod. m.

δ = cod. Oxoniensis Bodleianus miscell. 187. Est chartaceus, in folio, ff. 47, saec. XVII. Procopii Caesareensis Historia Arcana. Incip. a verbis λόγοις ἐρρήθη ἐνταῦθα (= 7, 15), et desinit cum ξυμφόρου ποιεῖται (= 181, 1). Adscripsit in margine codicis nostri scriba λείπει ἐνταῦθα ἐν τῷ παλαιῷ φύλλα ὀκτώ, παρά τινος μισαληθοῦς ἐκκεκομμένα, ἀξίου εἰς τεμάχη κατακοπῆναι αὐτοῦ τοῦ ἐναγοῦς ἀνθρώπου, 90 paginis in totum comprehenditur in exemplari, quod praefert nomen Iosephi Castanei. Praemittitur fragmentum de rebus a Persis gestis, ἐπονεῖτο, χρημάτων μὲν ἄπειρον ἀριθμὸν διανέμων. cf. H. O. Coxe libr. cit. p. I, col. 740.[1])

Fragmenta Procopii continent etiam lexicon Suidae, lexicon quod dicitur Zonarae, lexicon Vindobonense, lexicon Cantabrigiense; quorum adnotavi in hac editione tantummodo a Suida citata, quod eis, quae ceteri lexicographi attulerunt, contextus Procopianus non emendatur.

De editionibus.

Procopii Caesariensis Ἀνέκδοτα primus edidit, Latine reddidit, notis illustravit Nicolaus Alemannus, Lugduni 1623,

1) Quae de codicibus α—δ dixi, hausta sunt e catalogis citatis.

codicibus *G* et *g*, quorum alterum ex altero derivatum esse dixit in Praef. p. XIV, et quibusdam fragmentis usus ex codice Pinelliano a Petro Pithaeo et Guido Pancirolo, Pinelli familiaribus, excerptis. Hic vir doctus maximo acumine ingenii plurimos locos feliciter emendavit, notas „censorias et historicas" omnis doctrinae plenas ad contextum conscripsit. Verum in hac editione non modo mutilum erat initium, sed etiam deerant duo loci 57, 19—58, 2 et 58, 18—60, 22, quae „pars", inquit Alemannus (p. VI), „infamissimam Theodorae educationem, vitam moresque continet, quam ut nos vertere sine rubore, sine stomacho non potuimus, ita neque lecturos alios putamus." Iterum Alemanni editio typis impressa est Coloniae 1669, tertium cum „animadversionibus" Eichelii, Prof. Helmst., Helmestadi 1654; addita est „Imperatoris Iustiniani defensio adversus Alemannum, auctore Thoma Rivio, I. C. Regis Angliae Advocato, curante Ioanne Eichelio". Plurima Eichelius et Rivius in Procopium et Alemannum disseruerunt, quae eo minoris aestimantur, quod neuter sine ira et studio anecdota legit, quae Procopii Caesariensis esse „nullo certo argumento ostendi" posse Eichelius opinatur. Is cum solum id studeret, ut Iustinianum defenderet, de contextu emendando non cogitavit. Neque Claudius Maltretus, qui Anecdota anno 1663 inter cetera Procopii Caesariensis opera edidit, codicibus relegendis operam navavit, tamen non solum exemplar Lugdunense, in quod Petrus Possinus varias lectiones ex codice Segueriano transtulerat, sed etiam e codice Ambrosiano A 182 sup. excerpta ab eodem illo viro docto acceperat, unde ea, quae in exordio deerant, supplevit et praeterea multos locos coniectura emendavit. Maltreti editio iterum typis descripta est Venetiis a. 1729. Saeculo fere interiecto Procopii Caesariensis anecdota sive historiam arcanam graece recognovit, emendavit etc. Io. Conr. Orellius. Lipsiae 1827 (opus „postumum"), insertis illis de vita Theodorae famosis locis. Sed nullum codicem hic editor legit, vix unum locum feliciter emendavit, ea, quae a

prioribus de historia arcana scripta erant, neque in notis criticis et grammaticis neque in historicis auxit. Deinde annis 1833—1838 omnia opera Procopii G. Dindorfium edidisse dixi in vol. I p. LV. Is in tertio volumine, cum Alemanni et Maltreti dissertationes repetivisset, sic se excusat: „Cum librarii rationes diutius differri huius voluminis editionem non paterentur, omissis codicum Vaticanorum aliorumque collationibus, nondum absolutis . . ., opera nostra angustioribus quam solemus finibus est circumscripta". Inde satis elucet Dindorfium historiam arcanam paulum correxisse, Reiskii tamen in hunc libellum emendationes de margine exemplaris Alemanniani, quod post mortem Reiskii in bibliothecam regiam Havniensem illatum est, ab O. D. Blochio describendas curavit et in usum suum convertit. Plus operae quam Dindorfius historiae arcanae navavit F. A. Isambert, qui eam divulgavit Lutetiae Parisiorum a. 1856. Continentur enim hac editione: Notices sur les écrits et sur l'autorité de Procope. Sommaires des chapitres. Table chronologique. Addenda. Contextus graecus historiae arcanae et versio Francogallica. Notes philologiques. Notes historiques sommaires. Remarques sur le texte par N. Piccolos. Notes de l'auteur. Note Ire sur une correction de Procope par Martin. Note II. Rome et ses environs. Note III. Carte de la Basse Egypte. Isambert, cum rarissime contextum Dindorfianum mutaret, stilum historiae arcanae eundem esse quem librorum de bellis, rectissime vidit, multas notas historicas addidit, saepe tamen, quid valeant verba Procopii, non intellexit, quo factum est, ut eius versio Francogallica erroribus scateat, id quod F. Dahn p. 494 demonstravit. Cum omnium editorum, quorum mentionem feci, nullus fere alios codices inspexisset atque N. Alemannus, omnes codices adhibere studuit M. Krašeninnikov, qui anecdota quae dicuntur, edidit Iurievi 1899. Hic vir doctus plurimos locos ex fide codicis *S*, multos coniectura correxit. Sed cum codicem *P* non novisset neque codices *g* et *a* e codice *G* fluxisse neque semper quid

significent verba Procopii intellexisset, saepe lectiones mendosas in contextum recepit, velut his locis:

49, 21 *ἐγκελευσαμένη* scripsi, quod antea etiam dictum est *περιβεβλημένη*] *ἐγκελευσαμένην* Kraš. cum codd.

49, 21 *ἀλλὰ* haec ed. cum codd.] Kraš. cum Maltreto scripsit *ἄλλα*, om. Dind., sed cum *ἀλλὰ* saepe adiungatur imperativo, illam feminam oratione recta: *ἀλλὰ θάρσει*, oratione obliqua *ἀλλὰ θαρσεῖν* dixisse apparet.

66, 4 *κρυφαίου* haec ed. cum codd.] *κορυφαίου* Kraš. cum edd., cf. Hy 4, p. 16.

69, 17 *ἐνεβίβαζε PS*, haec ed.] *ἀνεβίβαζε G*, Kraš., cf. III 130, 11.

79, 9 *σχεδόν τι εἰπεῖν* scripsi] *εἰπεῖν σχεδόν τι* codd., ⟨*ὡς*⟩ *εἰπεῖν σχεδόν τι* conic. Kraš., cf. I 49, 8.

83, 12 *ἀσπαζομένην* scripsi cum *G* in marg.] *ἀσπασομένην G* in contextu, *PS*, Kraš. Cum Theodora ex Aegypto et Africa rediret, salutavit eam Macedonia. cf. III 61, 12.

86, 16 *λόγῳ* scripsi cum codd.] ⟨*οὐδενὶ*⟩ *λόγῳ* Kraš. cum Reiskio. *λόγῳ* idem significat quod „specie".

99, 12 *Ἡρίῳ* scripsi cum codd.] *Ἡραίῳ* Kraš. cum Alemanno, sed cf. Georg. Cod. de aed. CP. 117, 7. Müller, FHG IV 385.

102, 14 *τινα τῶν προσκεκρουκότων* scripsi] *τι τὸν προσκεκρουκότα* Kraš. cum codd., cf. III 96, 22.

103, 11 *μὲν τῆς G S*, haec ed.] *μέντοι G*, Kraš.

109, 17 *Λέοντα* scripsi, quod hic referendarius idem est qui p. 179, 2 Leon dicitur.

122, 20 *πρότερον οὐκ ὀλίγων PS*, haec ed.] *οὐκ ὀλίγων πρότερον G*, *οὐκ ὀλίγῳ πρότερον* Kraš. cum Alem.

125, 11 *πραίτωρα δή* ⟨*μων*⟩] sic scribendum esse exposui in app. crit., *πραίτωρα δή* codd., *πραίτωρα* [*δή*] Kraš., qui auctores Procopii aequales non adhibuit.

127, 17 *χρόνον* codd., haec ed.] cur Kraš. scribendum coniciat ⟨*τὸν*⟩ *χρόνον*, equidem non intellego; *τοῦτον τὸν γέλωτα* coniungenda sunt.

129, 19 ⟨ἅτε⟩ addendum esse iam demonstravi in Hy 2, p. 41, Kraš. supplevit ὡς, cf. tamen III 147, 16.

131, 19 ὅ τι δὴ codd., haec ed.] ἅτε δὴ Kraš. cum Piccolos. cf. tamen III 37, 14.

136, 25—137, 1 πλείστων—ἀπεμπολεῖν codd., haec ed. = plurimi vendere] πλείσταις—ἀπεμπολεῖν Kraš. cum Alem.

137, 15 οἴκῳ δημοσίῳ (= horreo publico) codd., haec ed.] οἴκοι τῷ δημοσίῳ Kraš., sed cf. II 280, 4.

144, 5 οὔπω codd., haec ed.] οὕτω Kraš. cum Alemanno. οὔπω διεφθαρμένοις = eis, qui nondum perierant.

151, 24 ἀρχὴν (= initio) codd., haec ed.] ἀρχῶν Kraš. (per errorem?) cum Isamberto.

158, 5 αὐτοὺς ἀφείλετο εὐθὺς *P*, haec ed.] ἀφείλετο αὐτοὺς *G*, Kraš.

166, 14 σκήψεώς *GP*, haec ed.] ἐκ σκήψεως *S*, ⟨ἐπι⟩ σκήψεώς Kraš. cum Reiskio, cf. tamen I 198, 20. III 179, 5—6.

167, 2 αὐτὸν codd., haec ed.] αὐτῷ Kraš., frustra. cf. I 317, 18. I 334, 14. I 352, 16.

170, 2 τὸ τοιοῦτον *P*, haec ed.] τῷ τοιοῦτον *GS*, Kraš., sed cf. II 268, 13. III 133, 24. de aed. lib. I, cap. I 16.

173, 18 ὁμῶς *P*, haec ed.] ὠμῶς *G*, Kraš.

179, 10—11 βασιλέως *PS*, haec ed.] βασιλίδος *G*, Kraš.

Hos locos attulisse satis habeo; de aliis, imprimis de coniecturis meis alias dicam. Notas historicas Krašeninnikov editioni suae non addidit. Res cum ita sint, nova editio non videtur supervacanea. Iam annis 1893/4 et 1898 Romae, Mediolani, Lutetiae Parisiorum codices optimos contuli, eisque usus contextum constitui, deinde huius quoque libelli singula capita in paragraphos divisi, testimonia antiquorum auctorum et fragmenta a Suida citata accurate adnotavi. Cum tamen contextus historiae arcanae multo magis mendis et lacunis depravatus sit quam ceterorum Procopii operum, permultos locos coniectura sanare conatus sum, quod satis apparet ex apparatu critico.

De auctoritate historiae, quae dicitur arcana.

Hic liber, quem Procopii esse in nullo codice prima manu adnotatum est nisi in *P*, ubi folio 62 invenitur subscriptio *τέλος ἱστορίας προκοπίου τὰ κατὰ βελισάριον / καὶ ἰουστινιανὸν / διαλαμ- / βανού- / σης*, a viris doctis recentioribus dici solet historia arcana, quamquam hac inscriptione non magis dignus est quam historia ecclesiastica Ioannis Ephesini non ita multo post Procopii aetatem conscripta, in qua haud minora convicia fiunt Iustino quam Iustiniano a Procopio. Rectius eum dicas „Supplementum librorum de bellis", quippe quo narrentur eae res, quas antea silentio se praeterisse aut quarum causas afferre se ausum non esse ipse dicit Procopius 4, 10. Nonnullas res rhetorem Caesariensem ira incensum amplificasse et auxisse quamquam vix quisquam neget, tamen plurimas ad veritatem ab eo narratas esse probatur testimoniis aequalium velut Euagrii, qui tradit IV 32 *Ὑπῆν δὲ καὶ ἕτερον τῷ Ἰουστινιανῷ πᾶσαν θηριώδη γνώμην ἐκβαῖνον, εἴτε δὲ φύσεως ἁμαρτία, εἴτε δειλίας τε καὶ φόβων ἔκγονον, οὐκ ἔχω λέγειν, ἐκ τῆς δημώδους στάσεως τοῦ Νίκα τὴν ἀρχὴν ἕλκον. Ἐδόκει γὰρ θατέρῳ τῶν μερῶν, τῷ κυανέῳ φημί, ἀτεχνῶς προσκεκλίσθαι ἐς τοσοῦτον ὥστε καὶ μιαιφονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τῶν ἀπ' ἐναντίας, καὶ μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοῦσθαι, ὡς πολλοὺς ἀνδροφόνους ἐντεῦθεν γενέσθαι. Ἐξῆν δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς οἴκοις ἐπιέναι καὶ τὰ ἐναποκείμενα κειμήλια ληΐζεσθαι καὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰς σφῶν πιπράσκειν σωτηρίας. Καὶ ἤν τις τῶν ἀρχόντων εἴργειν ἐπειράθη, περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ἐκινδύνευεν. Ὅθεν ἀμέλει εἷς τις τὴν ἑῴαν ἐπιτροπεύων ἀρχήν, ἐπεὶ ἐνίους τῶν νεωτεριζόντων νεύροις ἐσωφρόνισεν, ἀνὰ τὸ μεσαίτατον τῆς πόλεως νεύροις ᾐκίσθη τε καὶ περιηνέχθη. Καλλίνικος δὲ τῶν Κιλίκων ἡγούμενος, δύο ἀνδροφόνω Κίλικε, Παῦτον καὶ Φαυστῖνον, ἐπελθόντε οἱ καὶ διαχρήσασθαι βουλομένω, ἐπεὶ ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ἐκτέθεικεν, ἀνεσκολοπίσθη, ποινὴν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν νό-*

μων ταύτην καταβαλών. Ἐντεῦθεν οἱ θατέρου μέρους τὰ οἰκεῖα φεύγοντες καὶ πρὸς οὐδένων ἀνθρώπων δεξιούμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄγη πάντοθεν ἐλαυνόμενοι, τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐφήδρευον λωποδυσίας τε καὶ μιαιφονίας ἐργαζόμενοι, ὡς πάντα πλήρη θανάτων ἀώρων λεηλασίας τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων εἶναι. Ἔστιν δὲ οὗ πρὸς τὰ ἐναντία μεταχωρήσας καὶ αὐτοὺς διεχρήσατο, τοῖς νόμοις ἐκδοὺς οὓς ἀφῆκεν ἀνὰ τὰ ἄστη ἀνοσιουργεῖν βαρβάροις ἴσα. Καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων λεπτομερῶς λέγειν κρεῖττον καὶ λόγου καὶ χρόνου· ἀπόχρη δὲ ταῦτα τεκμηριῶσαι καὶ τὰ ἐπίλοιπα.

Haec et ea, quae IV 30 de avaritia Iustiniani dicit Euagrius, utrum e Procopio hauserit necne, in medio relinquo; hoc certum est Euagrium, qui ageret tricesimum fere annum, cum moreretur Iustinianus, et ipsum ab aequalibus maioribus natu potuisse cognoscere, quomodo hic imperator rem publicam administravisset. Aetherium quoque, Iustiniani curatorem, rem familiarem civium et vivorum et mortuorum arripuisse narrat idem Euagr. V 3 Αἰθέριος δὲ διὰ πάσης ἰὼν συκοφαντίας, καὶ τάς τε τῶν ζώντων τῶν τε τελευτώντων τὰς οὐσίας ληϊζόμενος ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ἧς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ προὐστήκει . . .

Non minus quam Euagrius facinorum Iustiniani magistratuum testis est Agathias 252, 2—255, 1. 284, 13—285, 20. 305, 13—306, 9. In Ioannis Lydi vero libris inveniuntur haec:

(250, 13) ὁ πονηρὸς Καππαδόκης δυνάμεως ἐπιλαβόμενος δημοσίας ἀπειργάσατο συμφοράς, πρῶτον μὲν δεσμὰ καὶ πέδας καὶ ποδοκάκας καὶ σίδηρα προθεὶς ἔνδον τῆς πραιτωρίας αὐλῆς ἰδιωτικὴν ἐν σκότῳ φυλακὴν ἀφορίσας ταῖς πρωναῖς τῶν ὑπ' αὐτῷ τελούντων, Φάλαρις ὥσπερ ἄνανδρος καὶ μόνοις τοῖς δούλοις ἰσχυρότατος, ἐκεῖ τε ἐνείργων τοὺς πιεζομένους, οὐδένα τύχης οἴασοῦν ἐξαιρούμενος τῶν αἰκισμῶν, ἀναρτῶν τε ἁπλῶς ἀζητήτως τοὺς μόνον ἔχειν χρυσίον διαβαλλομένους καὶ ἢ γυμνοὺς ἢ νεκροὺς ἀπολύων. καὶ τούτων μάρτυς μὲν ὁ δῆμος, ἐγὼ δὲ οἶδα θεωρὸς γενόμενος καὶ παρὼν τοῖς πραττομένοις. καὶ ὅπως ἐρῶ. Ἀντίοχός τις, ἤδη γέρων τὴν ἡλικίαν, ἐμηνύθη αὐτῷ